Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



199

iam ceciderat in suo capite de celo. quip superbia ab illa
celesti edificatione inreparabiliter corruit. Et facta
est habitatio demonum. et custodia omnis spiritus immun
di. et custodia omnis uolucris immundae. Quantum
ad litteram pertinet hoc de babylone dicit. quae capta
a medis et persis interfecto balthasar destructa est. nec diu
postea ibi habitauerunt homines. quia in solitudi
nes sempiternas est redacta. aliaque per ea edificata. Et
ubi quondam erant pulcherrimae et praecipuae inhabi
tationes hominum. ibi sunt mi inhabitationes demo
num et bestiarum. ibique inhabitant dracones. serpentes.
et uolucres diuersi generis. Ipsa autem babylon. signi
ficabat istam urbem. quae ex multitudine estat regnoque.
in qua est custodia omnis spiritus immundi. quia uidelicet
ibi in cordibus prauorum hominum et carceribus demones tenentur
inclusi. Qui immundi dicuntur propter spurcitiam omnium
peccatorum in quibus uersantur. Ipsi quoque sunt uolucres
immundae. qui per hunc aerem discurrunt usque ad diem
iudicii exspectantes dampnationem suam iuxta illud.
iudae iacobi. Angelos qui non seruauerunt suum princi
patum sub caligine huius aeris tradidit cruciandos in
diem iudicii magni dici. Siue etiam immundas
uolucres possumus intelligere leues et superbos homi
nes. qui in eadem babylone morantur. Oaligini itaque
spiritus propter malicias demones. propter carnis illecebras
spiritus immundi. propter mentis elationem uolucres appel
lantur. De his ergo uolucribus et bestiis ysaias plura
loquitur. Omnis inquit bestiae ludent ibi. et erit
cubile draconum et pascua struthionum. Et occur